



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi  
Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

104 Impotentia propter maleficium, quando dirimat matrimonium.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

Auctoritate summi Pontificis, & per ingres-  
 sum religionis. *c. ex publico. de convers.*  
*conjug. Cajet. in opus. tom. 1. tract. 28.* &  
 hanc esse communem opinionem, tenet.  
 Bellarm. in 4. *controver. gen. de monach. c.*  
*38. post med. vers. altera solutio. l. 2. tom. 1.*  
 99 Undecimò, defectus consensus, quia  
 furiosus matrimonium contrahere non  
 potest, cum in eo consensus deficiat. *cap. 103*  
*neque furiosus. 37. q. 2. v. sicut. tenor. de*  
*reg. & c. dilectus. de sponsat* minusq; mente  
 captus, quia caret intellectu, sine quo con-  
 sensum præstare non potest, cum similis sit  
 furioso, *l. si furiosi. C. de nupt. & l. 2. C. de*  
*curat. furiosi.* Nihilominus furiosus, vel  
 100 mente captus, si habens dilucida inter-  
 valla, si matrimonium contrahit, condit  
 testamentum, vel alium celebrat contra-  
 ctum, solitis solemnitatibus servatis, valet,  
 quòd agit, quia semper præsumitur factum,  
 & celebratum in sana mente, *l. furiosum,*  
*§. si verò. C. qui testam. sac. poss. & ibi Jal.*  
*n. 3. ver. intellige. Corn. consil. 216. n. 15.*  
*vol. 3. Grammat. decis. 73. num. 37. & 38.*  
*Covar. epit. de spons. c. 2. num. 7 & Ma-*  
*scard. concl. 875. n. 13. de probat.*  
 101 Duodecimò, affinitas, quæ est perso-  
 narum proximitas ex coitu proveniens om-  
 ni carens parentela, *ut, si non facile. §. affi-*  
*nes ff. de grad. affin. & gl. in extravag. in*  
*arbor. affin. & cum ea persona, cum qua*  
 per matrimonium inter consanguineos  
 contractum, affinitas fuit contracta, usque  
 ad quartum gradum matrimonium con-  
 trahi non potest, & contractum non te-  
 net. *cap. non debet. §. prohibitio. de consang.*  
*& affin. & ibi Abb. num. 1.*  
 2 Decimotertio, impotentia naturalis, si  
 3 si quis propter frigiditatem naturalem coi-  
 re non potest, quia tunc impotentia unius

impedit matrimonium contrahendum, &  
 dirimit contractum. *c. quod autem. c. requi-*  
*sisti. & c. si quis. §. ecce. 33. q. 1. c. quod se-*  
*dè, & c. laudabilem, de frigid. & males.* nisi  
 ambo consentirent, & simul tanquam fra-  
 ter, & soror convivere vellent. *d. c. laudabi-*  
*lem, v. quod si ambo & ibi gl. de frigid. & male.*

Decimoquarto, impotentia accidenta-  
 103 lis, si cum quis spada, vel gladio genitalia  
 amisit, & spadones, castrati, Eunuchi, ma-  
 trimonium contrahere non possunt, &  
 cum ipsis contractum non tenet. ut repro-  
 bata *gl. in c. bi qui in verb. ex. tenet Ab. qui*  
*de comuni testatur. inc. 2. n. 5. de fri. & mal.*

Decimoquinto, impotentia propter ma-  
 104 lesicium, si est perpetua, matrimonium  
 dirimit, sed cum nunquam hæc eveniant,  
 nisi iusto Dei iudicio permittente, & dia-  
 bolo præparante, ut concubitus non sequa-  
 105 tur, si prius conjuges hortandi sunt, qui-  
 bus ista eveniunt, ut corde contrito Deo, &  
 spiritu humiliati sacerdoti de omnibus  
 peccatis suis puram confessionem fa-  
 ciant, & profusus lacrymis, largi-  
 oribus eleemosynis, & orationibus atque  
 jejuniis, domino satisfaciant, ac per exorci-  
 smos, ac cætera ecclesiastica medicinæ  
 munia, ministri ecclesiæ tales, quantum  
 dominus annuerit, ut sani fiant, procurare  
 debent. *ut c. super sortiarias. 33. q. 1. & c.*  
*fin. post med. de frigid. & males.*

106 Impotentia, & frigiditas, si ad effectum  
 dissolutionis matrimonii probatur per in-  
 spectionem impotentia in muliere, si est  
 arcta, adeò ut habilis reddi non possit, *ut*  
*cap. ex litteris, & d. c. fraternitatis, & in*  
 viro, si probatur, quòd habeat membrum  
 aridum, vel ex toto sectum, aut quid simi-  
 le. *ut c. laudabilem & ibi Abb. n. 2. de frigid.*  
*& males.* alioquin si ex inspectione  
 constare